

Band I., Nr. 66, Seite 72-73

Kaiser Karl (der Große) bestimmt auf Anrufen des Abts Hetto von Kloster Reichenau die Rechte des Klosters gegen dessen Schutzwögte, und die Leistungen, welche diese dagegen ansprechen dürfen.

Worms, 811. April 6.

In nomine sancte et individue trinitatis. Karolus divina fauente clementia imperator augustus. Quoniam principem et defensorem ecclesiarum nos fecit dominus, ne eius ingrati esse videamur gratie, servitium eius augmentare, ecclesias multiplicare, bene et optime constructas defendere, destructas vero oportet restaurare. Idcirco notum sit omnibus fidelibus nostris, presentibus scilicet et futuris, qualiter Hetto venerabilis abbas monasterii quod vocatur Sinclezesöwa¹, coram multis principibus celsitudinem nostram adiit flebiliter conquerens, quod et nos satis audivimus et veraciter scivimus, scilicet plerosque eorum qui ecclesiarum constituuntur advocati, debita potestate in tantum abuti, ut qui deberent esse modesti defensores, impudenter effecti sunt rapaces et iniuriosi exactores. Quapropter nostre placuit providentie, in prefati abbatis suorumque successorum et fratrum, videlicet monachorum, hoc perpetualiter potestate ponere, ut, sapientum usi consiliis, ex eis, quos inter potentes seculi noverint esse, equitatis et modestie amantiores eligant suis competenter locis advocatos et defensores, nec quisquam omnium sibi hanc curam vel potestatem presumat vindicare, vel quasi hereditariam, aut aliquo iure debitam invadere, nisi quem abbatis et monachorum consulta approbationis velint admittere. Eo tamen tenore, ut quandocumque sui commissi prevaricator aut in rebus vel hominibus, quod vulgo balmunt [dicitur], existat, statim sine mora et sine iudicio advocacionis [officium] perdat, sicut Bertoldo comiti de Bussen, filio Gosaldi, nuper contigit, qui advocatias in Tirmendingen, Offingen, Unlängen, Althem et ceteris ad has pertinentibus, ob destructionem pertinaciter factam, coram multis principibus amisit, ac Albertus de Prigantia, longe impotentior, de manu Hettonis abbatis in eodem loco suscepit, data nobis fide, factisque abbatibus sacramentis, videlicet quod secundum posse et nosce iustus ac utilis advocatus et defensor in res et homines Egenonis episcopi, dilecti cognati nostri^a, scilicet Dirmendingen et Offingen cum suis adiacentiis, cum quibus ipse cellam sui nominis infra Sintleczesöwa fundavit ac dedicavit, et in res Gesoldi comitis scilicet Unlängen,

^aEs scheint hier oder an anderer Stelle ein Teil des Satzes ausgefallen.

¹*Sinclezesovwa*, ursprünglicher Name des Klosters Reichenau.

II

Grüningen, Altheim, quas ipse sancte dei genitrici Marie pro remedio anime sue imperpetuum. Postea vero quod quicquid placitando acquireret, tertia parte sibi retenta, duas abbati redderet et nullum advocatum vel exactorem preter se sine abbatis permissione sibi constitueret. Preterea quod nichil privati muneris vel servitii a quolibet loco sive curte, sive a cellerariis quasi ex debito et statuto sibi iure exigeret, ac mansiones et pernoctationes uspiam frequentare caveret. Statuimus autem ac precipimus de Tirmendingen, Offingen et ceteris appenditiis servitium sibi suisque successoribus dari, sive semel sive sepius placitare voluerint, tres schefflones de puro grano in pane et situlum vini, si reperitur, et friscingum porcinum et vervetem et cetera ad hunc sumptum pertinentia, et nichil plus in anno. De Unlängen similiter, de Grüningen similiter, de Altheim similiter. Nostra igitur auctoritate imperiali precipimus ac omnimodis interdicimus per totam Augiensem abbatiam de nulla villa plus servitii quam dictum est deinceps dari in usus vel sumptus alicuius advocati, nisi Amalharo Capsensi advocato suisque successoribus, quibus constituimus et hoc scripto confirmavimus, ut nec ipse Amalharus, nec aliquis post eum advocatus, infra Augiensem insulam ius habeat placitandi, vel aliquam iudiciariam potestatem exercendi, nisi forte ab abbate vocatus adveniret, et tunc voluntati sive petitioni ipsius satisfaceret. Tria, non alia loca extra insulam ad hoc deputavimus et determinavimus, in quibus eos rite annuatim placitum habere concessimus; scilicet apud Geggingen, Ermütingen et Walmütingen, vel si magis utriusque, abbati videlicet et advocato placuerit, apud Eberndorf². Ad unum quemque aut[em] locum de hiis tribus, sive advocatus semel sive sepius placitum habuerit, quinque maltra ad panem et cetera ad hunc sumptum pertinentia in anno tantummodo dentur, quod simul computatum quindecim maltra facit per totum annum. Idem quoque advocatus nullum placitum preter voluntatem abbatis usquam statuatur, nullum domui servientem dei sine abbate vel ipsius consensu ad iudicium cogatur, nullum de familia sine iusta sociorum suorum deliberatione dampnet vel coerceat, nullum subadvocatum vel exactorem sine abbatis permissione usquam sibi constituatur. Si quis vero advocatus huius precepti transgressor extiterit, nisi cito resipuerit, advocatia, ut iam dictum est, cum omnibus commodis, sine spe recuperationis, carebit. Et ut hec firmiter credantur ac diligentius observentur, manu propria subter firmavimus et annuli nostri impressione assignari iussimus.

 (*Mo-*

²Vielleicht Allmannsdorf, Konstanz, KN; vgl. *MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER KAROLINGER*, Bd. 1: Die Urkunden Pippins, Karlmanns und Karls des Großen, unter Mitwirkung von Alfons Dopsch, Johann Lechner, Michael Tangl bearb. von Engelbert Mühlbacher, Hannover 1906. [ND München 1979], Bd. 1, Nr. 281, S. 419, Anm. *v*.

III

nogramm)^b

 Signum domni Karoli serenissimi imperatoris augusti
Datum VIII. Idus Aprilis, anno incarnationis domini D. CCC. XI. Indictione
IIII^a anno imperii piissimi imperatoris Karoli XLI^o. Actum Würmacie, in
dei nomine feliciter amen.

—

Der Textabdruck folgt der von Kaiser Heinrich VII. *in castris ante Florenciam*, 1312
Okt. 17, ausgestellten echten Privilegienbestätigung, in den das angebliche Original
inseriert ist. Bei der Urkunde handelt es sich um eine Fälschung des Reichenauer
Custos und Scholasticus Odalrich aus der 1. Hälfte des 12. Jahrhunderts.

 Majestätssiegel Kaiser Heinrichs VII. an blau-gelben Seidenfäden anhängend.

^bDas Monogramm steht in der Mitte der sechs letzten Zeilen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 229

Überlieferung und Textkritik:

Vidimus Heinrich VII. von 1312 Oktober 17.

Editionen:

MONUMENTA BOICA, HRSG. VON DER BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN, 60 BDE., MÜNCHEN 1763-1916. [MIKROFICHE-AUSG.: Erlangen 1998], Bd. 31, S. 27, Nr. 12. OHEIM, GALLUS: Chronik von Reichenau, hrsg. Von K[arl] A[ugust] Barack, Stuttgart 1866 (Bibliothek des Litterarischen Vereins in Stuttgart, 84) (dt. Übersetzung Anfang 16. Jahrhundert). MGH DD Kar. I, Bd. 1, S. 418–420, Nr. 281. PETER RÜCKERT: Alles gefälscht? Verdächtige Urkunden aus der Stauferzeit. Archivale des Monats März 2003 im Hauptstaatsarchiv Stuttgart, Stuttgart 2003, S. 17 (Abb.).

Regesten:

Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen im Generallandesarchiv Karlsruhe, bearb. im Auftrag der Rechtsquellenstiftung des Schweizerischen Juristenvereins sowie des Kuratoriums zur Erschließung Schweizergeschichtlicher Quellen in Ausländischen Archive, Abt. 1, Bd. 1, S. 118, Nr. 864 (Vidimus der Urkunde durch einen Offizial der Konstanzer Kurie, 1311 Juni 16, Konstanz). JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 1: Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern 751-918, Bd. 1, nach Johann Friedrich Böhmer neu bearb. von Engelbert Mühlbacher, 2. Aufl. beendet von Joachim Lechner, Innsbruck 1908. [ND der 2. Aufl. H, Bd. 1, S. 205 f., Nr. 460.

Literatur:

THEODOR VON SICKEL (BEARB.): Acta regum et imperatorum Karolinorum digesta et enarrata: Die Urkunden der Karolinger, 2 Bde., Wien 1867, Bd. 2, S. 435 (zur Fälschung). KARL BRANDI: Die Reichenauer Urkundenfälschungen, Heidelberg 1890 (Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau, 1), S. 14, 44, 70 (zur Fälschung). HANS JÄNICHEN: Zur Herkunft der Reichenauer Fälscher des 12. Jahrhunderts. In: Helmut Maurer (Hrsg.): Die Abtei Reichenau. Neue Beiträge

zur Geschichte und Kultur des Inselklosters, Sigmaringen 1974, S. 277-288, S. 279 ff. Hägermann: Urkundenfälschungen, S. 437 (zu Urkundenfälschungen auf Karl den Großen). PETER RÜCKERT: Alles gefälscht? Verdächtige Urkunden aus der Stauferzeit. Archivale des Monats März 2003 im Hauptstaatsarchiv Stuttgart, Stuttgart 2003, S. 16.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Format:

48 x 68,5 cm

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Worms

Siegler:

Der Aussteller.

Ortsindex:

Allmannsdorf Wohnplatz (14431)
 Allmannsdorf, Konstanz, KN
 Altheim Wohnplatz (17044)
 Altheim, BC
 Bregenz, Vorarlberg, Österreich
 Dürmentingen Wohnplatz (17162)
 Dürmentingen, BC
 Ermatingen, Kt. Thurgau
 Grüningen Wohnplatz (17484)
 Grüningen, Riedlingen, BC
 Göggingen Wohnplatz (21130)
 Göggingen, Krauchenwies, SIG
 Offingen Wohnplatz (17728)
 Offingen, Uttenweiler, BC
 Reichenau Wohnplatz (14588)
 Reichenau, KN
 Unlingen Wohnplatz (17712)
 Unlingen, BC
 Wollmatingen Wohnplatz (14458)
 Wollmatingen, Konstanz, KN
 Worms, WO